bem perfe- ctam, & pararet Domino, & pararet Domino plebem perfectam.


Veni Domine, Et noli tarda- re,& noli, & noli tardare,
ve- ni Domine,& no- li tardare, & noli tardare, tar- dare, rela-
xa facinora, facinora plebi tu- æ, & re- uoca, & re- uoca ñ
dispersos in terram su- am,& re- uoca, & re-
uoca ñ dispersos in terram, in terram suam, in terram suam.


Men amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, quia
plorabitis & flebitis vos, amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, ñ
mundus autem gaude-
bit, gaude- bit, mundus autem gaude-
bit, gaude- bit, vos autem contrista-


bi- mini, contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra, ſed triſti- tia ve- ſtra ver-
tetur in gau- di-
um, vertetur in gaudiũ, vertetur in gaudium, in gaudium.


Vlier, cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, quia venit hora
eius, quia venit hora eius, hora eius, quia venit hora eius, triſtitiam habet, quia venit hora eius, hora eius. Cum autem peperit puerum, puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, iam non
meminit preſſuræ propter gaudium, ñ


Xaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem
meam, intende mihi & exaudi me, contriſtatus ſum ñ in exercitatione mea, & conturbatus ſum ñ à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam, ñ quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira
moleſti erant mihi, & in ira moleſti erant mihi.



Or meum ñ conturba- tum eſt in me, & formido mortis cecidit cecidit
ſuper me, & formido mortis cecidit ſuper me. Timor & tre- mor venerunt ſuper me,
& contexerunt me tenebræ, & dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut colum- bæ, & dixi:
quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? & vola- bo, & vo-
la- bo & requieſcam, & requieſcam. ñ



Omine non eſt exalta- tum cor meum, Domi-
ne non eſt exaltatum cor meum, neq; ela- ti ſunt oculi me-
i, oculi me- i, ne- que ambulaui, ne- que, neque ambulaui in
ma- gnis, ne- que in mirabilibus ſuper me, ſi non humi- liter ſen-
tiebam, ſed exaltaui a- nimam meam, animam meam. ñ


Sicut ablacta- tus est, ñ sicut ablacta-
tus est su- per matrem suam, super matrem suam, ita re- tributi-
o in a- nima me- a, in anima mea, speret Is- raël in Domino,
ex hoc nunc & vsque ñ in sæ- culum.



Perent in te omnes, ñ qui nouerunt nomen tuum,
Domine. Quoniam, quoniam non derelinquis quærentes te, non de- relinquis quæ-
rentes te. Psallite Domino, ñ qui habitat in Sion, ñ
quoniam non est oblitus orationes, quoniam non est oblitus orationes
pauperum, quoniam non est oblitus orationes pauperum.


Actus est repente de cœlo sonus aduenien- tis spi-
ritus vehemen- tis, vbi erant sedentes Apostoli. Alleluia, ñ
Allelu- ia, Allelu- ia, ñ Allelu-
ia. Et repleti sunt omnes, & repleti sunt omnes spiritu san- cto,
loquentes magnalia De- i, loquentes magnalia


De- i. Alleluia, ñ Allelu- ia,
Allelu- ia, Alleluia, Allelu- ia.


Eata Dei ge- nitrix Mari- a, cuius vi-
scera, cuius viscera intacta permanent, hodie genuit, hodie genuit
ñ saluatorem sæculi, hodie genuit, hodie genuit saluatorem
sæculi, saluatorem sæculi.


Eata quæ credidit, quoniam perfecta sunt, quoniam per-
fecta sunt omnia, quæ dicta sunt ei à Do- mino. Hodie genuit
ñ saluatorem sæculi, hodie genuit, hodie genuit saluatorem
sæculi, saluatorem sæculi.


Quàm pulchræ ſunt ñ mam- mæ tu- æ, quàm
pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſpon- ſa, mea ſponſa, pulchriora
ſunt vbera tua vi- no, vbera tu- a vino,& odor vnguen-
torum tuorum, vnguentorum tuorum, ñ ſuper omnia aromata.
Alleluia, ñ Alleluia, ñ Alle- luia.


Fauus diſtillans labia tu- a ſponſa, labia tu-
a ſponſa, mel & lac,mel & lac, ñ mel & lac ſub lingua tu- a.
Al- leluia, Alle- luia. Et odor veſti- mento- rum,
tuo- rum, veſti- mento- rum tu- orum, ſicut odor thu- ris. Allelu-
ia, Alle- luia, ñ Alleluia, ñ Al- le- luia.

Marcus Antonius Ingegnerius. XIIII. Cantus.



Iosephus Guami. XV. Ad æquales. Cantus.



Andreas Gabrieli. XVI. Cantus.



Philippus de Monte. XVII. Cantus.




Ferdinandus de Lasso. XVIII. Cantus.



Antonius Morari. XIX. Cantus.




N voluntate ſtua Domine, in voluntate tua
Domine, ñ vniuerſa ſunt poſita, ñ
& non eſt qui poſsit reſiſtere vo- luntati tu-
æ, & non eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuæ, tu enim fe- ci- ſti
o- mnia, tu enim feciſti omni- a, cœlum & terram, & vniuerſa quæ cœli ambi-


tu continen- tur, Dominus vniuerſorum tu es, Dominus vniuer-
ſorum tu es, vniuerſo- rum tu es.


AN- nus finit iter, i- ter. fi-
nem da Christe malo- rum, an- nus finit i-
ter, i- ter, finem da Christe malo- rum, finem da Christe malorum, & veniant an-
no iam bona fata nouo, & veniant anno iam bona fata no- uo, & veniant an-
no iam bona fata nouo. Nam bona fata petit rerum tristissimus ordo, sanctus idem


poscit rel- ligio- nis honos, relligionis ho- nos, ñ
relligionis honos, relligionis, relligionis honos.

SEQVVNTVR CANTIONES
ſex vocum.

Cyprianus de Rore. XXII. Cantus.






Philippus de Monte. XXIII. Cantus.



Orlandus de Lasso. XXIIII. Cantus.



Ferdinandus de Laſſo. XXV. Cantus.



Iacobus de Vvert. XXVI. Cantus.



Euertentur filii tui ad terminos suos, reuertentur filii tu- i

ad terminos suos, ad terminos su- os, conuertam luctum eorum in gau-

dium, & conso- la- bor eos, & consola-

bor e- os, & lætificabo à dolore su- o, & lætificabo, lætificabo,

& lætifica- bo à dolore su- o, & lætifica- bo à dolo- re su- o.

Lectimæ paschali &c. Immolent Chri- stiani, Christia- ni, agnus


rede- mit oues Christus innocens patri reconcilia- uit peccato-

res. Mors & vita duello conflixere mirando, dux vitæ mortuus

regnat vi- uus, regnat viuus. ℟ Sepulchrum


inquit viuentis, & gloriam Christi resurgentis, An- geli- cos testes, sudarium & ve-

stes, surrexit Christ9 spes mea, præcedet suos in Galilæam.



Redendum est &c. Quâm Iudæorum turbæ fallaci, turbæ falla- ci. Scimus Christũ
surre- xisse â mortuis verè, tu nobis victor ñ rex misere- re, tu
nobis victor, tu nobis victor rex misere- re, A-
men, Amen.


Xcel- lit re- liquas, excellit reliquas, excellit, excel-
lit, excel- lit reliquas, excellit reliquas do- ctæ vt
modulamine linguæ, Ille tu- æ gen- tis Psittacus, Psittacus inter a-
ues, Psittacus inter aues: Sic etiam vir- tus, rerum prudenti- a maior Annis, con-
spicuum, con- spi- cuum te magis esse facit, te magis esse facit, esse fa- cit.


Rgo tuas laudes, ergo tuas laudes noſtræ celebrare Camenæ, celebrare Ca- menæ, Dum breuibus, dum breuibus numeris, dum breuibus numeris carminibuſq;
ſtudent, carminibuſq; ſtudent: BOM GARTNERE, BOM GARTNERE, humilem ne deſpice quæſo, ne deſpice quæſo labo- rem, Sæpe viri magni, viri magni
parua proba- re ſo- lent, parua probare ſolent, parua probare ſolent.


Spice Do- mine de ſede ſancta tua, & cogita de no-
bis, inclina Deus meus au- rem tu- am, & audi, aperi
o- culos tuos, & vide tribulationem noſtram, & vide tribulationem no-
ſtram, tribulationem no- ſtram.



Vsanna, ab improbis senibus obsessam se videns, obses- sam
se vi- dens, qui forma eius capti, qui forma eius ꝭ ca- pti,
c- am, nisi sibi obsequere- tur, ingemu-
it, ꝭ & ait: Angustiæ mihi sunt vndique, si enim hoc egero,
si autem non egero, non effugiam manus ve- stras, sed melius est


mihi, absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare,
quàm peccare in conspectu Domini, quàm peccare in conspe- ctu Domini.

Secunda pars. Cantus.



Cantus.



Antonius Gosvvinus. XXXI. Cantus.





Theodorus Riccius. XXXII. Cantus.




Raui Dominum Deum meum dicens: Exaudi Domine preces
serui tu- i, illumina ñ faciem tu- am, super sanctuarium tu-
um, & propitius intende populum istum, populum istum, super quem inuocatum est,
Domine Deus, Domine De- us meus, super quem inuocatum est, super
quem inuocatũ est nomen tu- um, Domine, Domine Deus, Domine De- us meus.


Emma Carbunculi in ornamento auri, ñ &
comparatio Musico- rum ñ in conuiuio vini. Sicut in fabricatio-
ne, ñ sicut in fabricatione au- ri signum est Smaragdi, sic nume-
rus Musicorum in iucundo & moderato vino, & moderato vino, sic numerus musicorum, sic
numerus musicorum in iucundo & moderato vino, & moderato vi- no. ñ


Ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi,in domum Domini ibimus,stantes e-
rant pedes nostri, Ierusalem, ij quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participati-
o eius in idipsum,illuc enim ascenderunt tribus,tribus Domini, testimonium Israël,
ad confitendum nomini Domini, sedes super domum Dauid, rogate, roga- te quæ
ad pacem sunt Ieruſa- lem, & abun- dantia diligenti- bus se, fiat pax in virtute tua, &


abundantia, & abundantia in turribus tu- is, propter fratres meos, & proximos
meos, & proximos meos, loquebar pacem de te, quæsiui, quæsiui bona tibi, quæ-
siui, quæsiui bona tibi.

Iohan. Petraloysius Prænestinus. XXXVI. Cantus.



Iacobus de Vvert. XXXVII. Cantus.




Omine, ſalua nos, perimus, perimus, Domine, ſalua nos, perimus, perimus.
Quid timidi eſtis modicæ fideiꝰ Tunc ſurgens imperauit ven- tis &
mari, & facta eſt, & facta eſt, & facta eſt tranquillitas ma- gna, tranquillitas ma-
gna, tranquillitas magna.


Lux beata trinitas, trinitas, o lux beata trinitas, & principa-
lis v- nitas, iam ſol recedit igneus, infunde lu- men
cor- dibus, ñ te mane laudum car- mine, te depre-
cemur veſpere, te no- ſtra ſup- plex gloria, per cuncta laudet ſæcula, per cun-
cta laudet ſæcula. ñ

Secunda pars. Canon in Subdiapente & Subdiapaſon. Cantus.



Hippolitus Baccuſius. XXXIX. Cantus.




Lorans plorauit, plorauit in nocte, & lachri-
mæ eius, & lachrimæ eius, in maxillis eius, ñ
non est, non est qui console- tur eam, qui consoletur eam, ñ
ni- si tu Deus, ni- si tu Deus noster. ñ


N tenebris nostræ & densa, & densa caligine men- tis, cum nihil est
toto pe- ctore, toto pectore consilii, turba- ti erigimus Deus,
De- us, ad te lumina cordis, no- stra tuamq; fides solius orat opem. Tu re-
ge consi- liis actus, pater optime, pater optime, no- stros, nostrum
opus vt laudi, nostrum opus vt laudi seruiat omne tuæ.


I bona ſuſcepimus de ma- nu Domi-
ni, Domini, ſi bona ſuſcepimus, ſi bona ſuſcepimus de ma- nu Domi-
ni, mala autem, ñ mala autem, ñ mala au-
tem, ñ mala au- tem, mala autem quare non ſuſtineamus,
quare non ſuſtineamus? Dominus de- dit, Dominus abs- tulit, ñ


ſit nomen Domini ñ benedictum, benedi-
ctum, ñ be- nedictum. ñ


Vdus egreſſus ſum de vtero matris meæ,
egreſſus ſum, egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus re-
uertar illuc, ñ reuertar illuc, ñ & nudus re-
uertar il- luc, ñ reuertar, reuertar il-
luc. ñ Dominus dedit, Dominus abs- tulit, ñ


ſit nomen Domini ñ benedictum, benedi- ctum, ñ
be- nedictum. ñ

Leonardus Lech. Atheſinus. XLII. Cantus.



Secunda pars. Cantus.



FINIS.

120439
2

SACRÆ

CANTIONES,

CVM QVINQVE, SEX ET PLVRIBVS VOCIBVS, DE FESTIS PRAECIPVIS TOTIVS ANNI, A PRAESTANTISSIMIS ITALIAE MVSICIS NVPERRIME CONCINNATAE.

QVARVM QVÆDAM ANTEA VENETIIS SEPARATIM editæ sunt, quædam verò planè novæ, nec usquam excusæ, at nunc in gratiam & usum scholarum atq; Ecclesiarum Germanicarum in unum corpus redactæ, studio & opera FRIDERICI LINDNERI, *Reipub. Noribergensium à cantionibus.*

DISCANTVS.

NORIBERGÆ,
In officina typographica Catharinæ Gerlachiæ.
ANNO CIↃ IↃ XVC.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO LVDOVICO, DVCI VVIRTEMBERGICO AC TECCENSI, &c. COMITI MOMPELGARDENSI, DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

NOn tantum, Illustrißime Princeps, in aula Onoldina Illustrißimi Principis ac Domini, Domini Georgii Friderici, Marchionis Brandeburgensis, &c. clementißimi mei Domini, per aliquot annos Musica mihi demandata fuit: verum etiam postea ab amplißimo Senatu Reip. Noribergensis, ratione muneris mihi injuncti, quo adhuc fungor, eò ordinatus sum, ut Musico choro ad D. Egidii præficerer. Vtrobique verò (quod tamen citra jactantiam dictum volo,) studiosè operam dedi, ut optimorum & præstantißimorum Musicorum harmonias conquirerem & publicè privatimque instituerem. Quod cum cognovisset Typographus noster Lambertus Nedenus, de re literaria, inprimis de arte Musica, præclarè meritus, (cuius anima est in benedictione,) me scilicet magna cantionum novarum copia instructum esse: non destitit monendo & sollicitando me urgere, ut modulationes recens elaboratas, de præcipuis totius anni festis, colligerem, & typis æneis in vulgus edi paterer. Hoc ego, nimirum animo perpendens, aliquam inde utilitatem ad multas Ecclesias & Scholas redundaturam, amico denegare omnino non potui. Proinde has præsentes Motetas, à celebratißimis artificibus, præsertim in Italia hoc tempore florentibus, concinnatas, partim antea Venetiis in diversis exemplaribus excusas, partim autem prorsus novas, & nunquam typis editas, in unum corpus redigere volui: non tam ut amici petitioni satisfacerem, quàm ut earum usum Ecclesiis & Scholis communicarem, ac benignè, quemadmodum par est, concederem. Quærenti verò patronum & Mecœnatem, sub cuius tutela ac defensione Musæ nostræ in publicum prodeant, præcipuè occurrit Illustrißima tua Celsitudo, cui hoc quicquid est opellæ humilimè de-

mè dedicatum & inscriptum offero: utpote tali Principi, qui præter alias heroicas & principe dignissimas virtutes, quibus Celsitudo tua ornata est, etiam singulari favore, studio mirifico ac benevolentia paterna Musicam, tanquam divinam artem, prosequitur, eamq; non modò probè intelligit & strenuè promovet, sed etiam in aula Celsitudinis suæ non exiguum præstantissimorum Musicorum numerum liberaliter fovet, magnis beneficiis cumulat, ac honoribus amplis ornat. Quod superest, humilima animi subjectione rogo, ut Celsitudo tua hanc meam, licet tenuem, & fortassis tali principe imparem, attamen cultibus divinis inservientem & apprime necessariam, operam, ob præstantiam auctorum, clementer suscipiat, meq; sibi commendatum habeat. In Christo feliciter valeat Celsitudo tua Illustriss. Norimbergæ, 8. Calend. Augusti, anno salutis nostræ M D XVC.

Illustriss. T. Celsitud.

deditissimus

Fridericus Lindnerus.

SACRA-

SACRARVM CANTIONVM DE PRAECIPVIS FESTIS ANNI, INDEX.

DE NATIVITATE ET CIRCVMCISIONE DOMINI.

I.	O magnum mysterium. Quem vidistis pastores dicite.	à 6.	Ioannis Petri Aloisii Prænestini.
II.	Quem vidistis pastores dicite. Dicite quidnam vidistis.	à 6.	Ioannis Pennequini.
III.	Verbum caro factum est.	à 5.	Severini Cornetti.
	In principio erat Verbum.	à 4.	
	Cuius gloriam vidimus.	à 5.	
IIII.	O admirabile commercium.	à 5.	Ioannis Petri Aloisii Prænestini.
V.	Verbum caro factum est.	à 5.	Pandolphi Zallamellæ.
VI.	Hodie Christus natus est.	à 5.	Sylvii Marazzi.

IN EPIPHANIIS DOMINI.

VII.	Stella quam viderant Magi.	à 5.	Ioann. Petri Aloisii Prænestini.
VIII.	Tribus miraculis.	à 5.	Claudii Meruli.

IN FESTO PVRIFICATIONIS MARIÆ.

IX.	Hodie beata virgo Maria.	à 5.	Claudii Meruli.
X.	Adorna thalamum tuum Syon.	à 5.	Pandolphi Zallamellæ.

IN FESTO ANNVNCIATIONIS MARIÆ.

XI.	Missus est Gabriel Angelus. Quæ cum audisset, turbata est. Dixit autem Maria ad Angelum.	à 6.	Don Ferdinandi de Las Infantas.
XII.	Suscipe verbum virgo Maria, Paries quidem filium.	à 5.	Gioannetto da Palestrina.

INDEX.

DOMINICA PALMARVM ET DE PASSIONE DOMINI.

XIII. Ingrediente Domino in sanctam. à 5. Pandolphi Zallamellæ.
XIIII. Foderunt manus meas. à 5. Eiusdem authoris.
XV. O vos omnes qui transitis per viam. à 6. Alphonsi Feraboſci.
XVI. Timor & tremor venerunt super me. à 6. Eiusdem authoris.
Exaudi Deus deprecationem meam.
XVII. In monte oliveti, oravit Iesus ad patrem. à 6. Eiusdem authoris.

IN FESTO GLORIOSÆ RESVRRECTIONIS CHRISTI.

XVIII. Maria Magdalenæ ibant diluculo. à 9. Tiburtii Massaini.
XIX. Alleluja, Tulerunt Dominum meum. à 5. Gioannetto da Palestrina.
XX. Dum transisset Sabbatum. à 5. Sylvii Marazzi.
Et valde mane una Sabbatorum.
XXI. Pax vobis, ego sum. à 5. Claudii Meruli.

IN FERIIS PHILIPPI ET IACOBI APOSTOLORVM.

XXII. Domine, ostende nobis patrem. à 6. Don Ferdinandi de Las Infantas.
Tanto tempore vociscum sum.

IN FESTO ASCENSIONIS CHRISTI.

XXIII. Omnes gentes plaudite manibus. à 6. Tiburtii Massaini.
Psallite Deo nostro.
XXIIII. Viri Galilæi, quid statis, aspicientes. à 6. Gioannetto da Palestrina.
Ascendit Deus in jubilatione.

IN FESTO PENTECOSTES.

XXV. Dum complerentur dies Pentecostes. à 6. Gioan. da Palestrina.
Dum ergo essent in unum discipuli congregati.

Veni

INDEX.

XXVI. Veni sancte Spiritus. à 5. Severini Cornetti.
O lux beatissima. à 3.
Lava quod est sordidum. à 5.
XXVII. Hodie completi sunt dies Pentecostes. à 5. Di Iacomo Antonio Cardillo.

IN FESTO SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS.

XXVIII. O altitudo divitiarum. à 6. Claudii Meruli.
XXIX. Tibi laus, tibi gloria. à 5. Severini Cornetti.
Et benedictum nomen gloriæ tuæ.

DE SANCTO IOANNE BAPTISTA.

XXX. Puer qui natus est, plus quàm Propheta. à 5. Gioannetto da Palestrina.

DE APOSTOLIS ET SANCTIS.

XXXI. Sancti & justi in Domino gaudete. à 5. Claudii Meruli.
XXXII. Non turbentur amplius fidelium corda. à 5. Pandolphi Zallamellæ.
XXXIII. Vos qui reliquistis omnia. à 5. Claudii Meruli.
XXXIIII. Gaudent in cælis animæ sanctorum. à 6. Iacobi Corfini.
Ideo cum Christo exultant.

TEMPORE ADVENTVS DOMINI.

XXXV. O Rex gentium & desideratus earum. à 6. Claudii Meruli.
XXXVI. Iocundare filia Syon. à 5. Sylvii Marazzi.

AD PLACITVM.

XXXVII. Vulnerasti cor meum. à 5. Incerti autoris.
XXXVIII. In Deo speravit cor meum. à 6. Claudii Meruli.
XXXIX. Domine à lingua dolosa. à 6. Nicolai Dorati.
XL. Iubilate Deo omnis terra. à 7. Iosephi Guami.
XLI. Laudate Dominum omnes gentes. à 8. Noë Faignient.

FINIS INDICIS.

SACRÆ

SACRÆ CANTIONES
DE PRÆCIPVIS FESTIS
TOTIVS ANNI.

DE NATIVITATE ET CIR-
CVMCISIONE DOMINI.

I. à 6. *CANTVS.*







Vem vidiſtis paſto- res dicite, quem vidiſtis, paſtores di-
cite.dicite, ñ ñ annunciate no- bis, ñ quis ap-
pa- ruit? ñ Natum vidimus & choros angelorum, ñ
& choros angelorum collaudantes Dominum. ñ
Alleluja, ñ alleluja,
ñ al- leclu- ja.


Vem vidiſtis paſtores dicite, ñ annun-
ciate nobis, ñ in terris quis apparuit? ñ natum
vidimus, ñ & choros angelorum, & choros ñ angelorum, collau-
dantes Do- minum, collaudantes Do- minum.
Noe, noe, noe. ñ


Dicite, quidnam vi- diſtis? quidnam vidiſtis? dicite,
quidnam vidiſtis? dicite, quid- nam vi- di- ſtis?
annuncia- te Chriſti nati- vitatem, Chriſti nati- vitatem.
Natum vidimus, ñ & choros angelorum, & choros ñ
angelorum, collaudantes Do- minum, collau-


dantes Do- minum. Noë, noë, noë, noë,
noë, noë.


Er- bum caro fa- ctum est, caro fa- ctum
est, Ver- bum caro factum est, caro factum
est, & habita- vit in no- bis, ñ & habita-
vit in no- bis, cuius gloriam vidimus, ñ
quasi u- nigeniti â patre, quasi unigeniti â pa-


tre, plenum gratia, plenum gra- tia ñ
& ve- ritate, & ve- ritate.


Secunda pars. 4. vocum. Cantus primus.



Tertia pars. 5. vocum. Cantus primus.




Admirabile commer- cium, ñ creator gene-
ris humani, generis humani, animatum corpus ſumens, de virgine naſci dignatus
eſt, dignatus eſt, & procedens ho- mo, ſine ſe- mine, ñ
largi- tus eſt nobis ſuam Deitatem, largi- tus eſt nobis ſuam Deitatem,
ſuam Deitatem.



Erbum caro factum eſt, & habitavit in no- bis, & habitavit
in no- bis, & vidimus, & vidimus glori- am eius, glori- am e- ius, gloriam quaſi uni-
ge- niti â pa- tre, ñ plenum gra- tiæ, & verita-
tis, plenum gra- tiæ & ve- rita- tis. ñ


Odie Chriſtus natus eſt, ñ hodie Sal-
vator appa- ruit, hodie in terra ca- nunt angeli, lx-
tantur Archangeli, ñ ñ hodie exul-
tant ju- ſti, exultant juſti, ñ dicen- tes: Gloria
ñ in excelſis Deo, gloria in excelſis Deo, in excelſis Deo. Al-


le- luja, ñ alleluja, alle- luja, al-
le- luja.

IN EPIPHANIIS DOMINI.

VII. à 5. *CANTVS.*



Tella quam vi- derant Magi in orien-

te, in orien- te,

in orien- te, antecedebat e- os,

antecedebat e- os, donec venirent ad locum, ñ

ubi puer e- rat, ubi puer e- rat,

ubi puer e- rat. Videntes autem e-

am, gavisi sunt gaudio ma- gno, ñ gaudi-

o ma- gno, ñ gavisi sunt gaudio ma- gno.

VIII. à 5. CANTVS.



DE PVRIFICATIONE MARIAE.

IX. à 5. CANTVS.





Dornæ tha- lamum ñ tuum Sy-
on, & ſuscipe regem re- gum Chriſtum, amplectere ñ
Mari- am, quæ novo lumi- ne, quæ novo lumine ſubſiſtens
virgo por- tat, portat re- gem gloriæ. Hunc acci-
piens Simeon, exclamavit, & dixit, exclamavit, exclamavit &


di- xit: Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ñ ſe-
cundum verbum tuum in pace.

IN FESTO ANNVNCIA-
TIONIS MARIAE.

XI. à 6. CANTVS.






Væ cum au- diſſet,turbata eſt in ſermo- ne e-
ius, & cogitabat qualis eſ- ſet iſta ſaluta- ti-
o. Ne timeas Maria, inveniſti enim gra- tiam apud De- um,
inveniſti enim grati- am apud De- um. Ecce concipies in u- te-
ro, & paries fi- lium, & voca- bis nomen e- ius Ie- ſum,


& filius altiſsimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David pa- tris e-
ius, ſedem David patris e- ius, & regnabit in domo Ia- cob, in æter-
num, & re- gni eius ñ non erit fi-
nis,& regni eius non erit fi-
nis, & regni eius non e- rit finis.


Ixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet i-
ſtud ℣ ñ quoniam virum non cognoſco. Spiritus ſanctus ſuper-
veniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit ti- bi. Ideoque &
quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tu- a,
& ipſa concepit filium in ſe- nectute ſu- a, quæ vocatur ſterilis,


quia non erit impoſsibi- le apud Deum, quia non erit impoſsibile apud
De- um ñ omne verbum. Dixit au-
tem Mari- a: Ecce ancilla Do- mini, fiat mihi ſecundum verbum tu-
um.


Vſcipe verbum virgo Mari- a, virgo Ma- ria,
ſuſcipe verbum virgo Mari- a, virgo Mari- a, quod tibi â
Do- mino, ij quod tibi â Domino,
ij â Domino per Angelũ transmiſſum eſt,
ij per Angelum transmiſ- ſum eſt: Concipies De- um pariter


& hominem, ut benedicta dicaris, ut benedicta dicaris, inter o-
mnes mulieres, mulieres, inter omnes mulieres, ij
intero- mnes muli- eres.

Secunda pars.





IN DOMINICA PALMARVM,
ET DE PASSIONE DOMINI.


XIII. à 5. CANTVS.



XIIII. à 5. CANTVS.




Vos omnes qui transitis per vi- am, O vos omnes qui transi-
tis per vi- am, attendite, & videte, & videte, & vi- dete, ñ
si est dolor si- milis, ij sicut dolor me-
us, si est dolor si- milis, ñ sicut dolor
me- us, sicut dolor me- us.


I- mor & tre- mor, timor & tre-
mor venerunt super me, ñ su- per me, & caligo cecidit
super me, cecidit super me, ñ miserere mei Do-
mine, Domine, miserere mei Domine, quoniam in te confidit anima mea, quoni-
am in te confidit anima me- a.



Exaudi Deus deprecati- onem me- am, exaudi Deus de- precatio-
nem me- am,qui- a re- fu- gi- um meum es tu, quia re-
fugium meum es, & adjutor fortis, ñ Do- mine,in- vo-
cavi te,invoca- vi te, ñ non confundar in æternum,
non confundar in æter- num, ñ non confun- dar in
æter- num.


In monte olive- ti, ñ ora- vit Ieſus ad patrem,
pa- ter, pater, ſi fieri poteſt, ñ transe- at à me ñ ca-
lix i- ſte, Spiritus prom- tus eſt, caro autem in-
firma, ñ fiat volun- tas tua, fiat voluntas ñ
tu- a, fiat voluntas tu- a, fiat voluntas tu- a.


IN FESTO GLORIOSÆ RESVRRECTIONIS CHRISTI.


XVIII. à 9. Primi chori CANTVS.






Llelu- ja, allelu-
ja, allelu- ja, ñ ñ alle-
lu- ja. Tulerunt Dominum me- um, ij Do-
minum me- um, Allelu- ja, & neſcio ubi poſuerunt e-
um, Allelu- ja. Si tu ſuſtuliſti e-


um, dicito mi- hi, ñ al- leluja, & ego eum tol-
lam,tol- lam, & ego eum tollam, Allelu- ja, allelu-
ja, ñ alleluja.


Vm transisset Sabbatum, ij dum transisset Sabbatum,
ñ Sab- batum, Maria Magda- lene & Ma-
ria Iacobi & Sa- lome, e-
merunt aro- mata, eme- runt aro- mata, ut veni-
en- tes ij ungerent Iesum, ut venientes ñ ungerent Ie-


sum, ut venientes ungerent Ie- sum, ut veni- en- tes ungerent Iesum,
alle- luja, alle- luja, ij ñ ñ
al- le- luja, alle- luja, alle- luja.


Et valde mane, & valde mane, & valde mane, una Sabbatorum, una Sabbatorum, orto jam Sole, veniunt ad monumentum, veniunt ad monumentum, orto jam Sole, orto jam Sole, ut venientes ñ ungerent, ut venientes ungerent Iesum, ungerent Iesum, alleluja, ñ alleluja, ñ allelu- ia, alle- lu- ia.


Bax vobis, ij ñ ego sum, ego sum, ij Alleluja, ij ñ alleluja, nolite timere, ñ noli- te timere, alleluja, ñ ñ ñ allelu- ja.

IN FERIIS PHILIPPI ET IACOBI APOSTOLORVM.

XXII. à 6. CANTVS.



Secunda pars. Reſolutio Canonis.



IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

XXIII. à 6. CANTVS.



Mnes gentes plaudite manibus, ñ jubilate

Deo, ñ jubilate Deo, in voce exultationis, ij

quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus, rex magnus ij

ñ super omnem terram, subjecit populos nobis,

& gentes sub pedibus nostris. ñ Elegit, elegit nobis, ele-

git nobis hæreditatem, hæreditatem ñ suam, hæreditatem suam, speciem

Iacob quem dilexit, quem dilexit. Ascendit Deus in jubilo, ñ

& Dominus in voce tubæ. ij

Psallite Deo noſtro, pſallite pſallite ij regi noſtro, pſallite, quoniam Rex omnis terræ Deus, pſallite, pſallite ñ ſapienter, regnabit Deus, ŋ regnabit Deus ſuper gentes, ñ Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, principes populorum congregati ſunt, congregati ſunt ij cum Deo Abraham quoniam, quoniam dii fortes terræ vehementer elevati ſunt, elevati ſunt, vehementer elevati ſunt.

Viri Galilæi, viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Ieſus, in cælum, hic Ieſus, qui aſſumtus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. ij . Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja.



Ascendit Deus in jubilatio- ne, ascen-
dit Deus in jubilatio- ne, & Dominus in voce tu-
bæ,& Dominus in voce tubæ, in voce tubæ, Alleluja, ij ij
Dominus in cælo ij paravit se- dem suam, Domi-
nus in cælo pa- ravit sedem suam. Alle- lu-


ja, ij alle- luja, ij al-
le- luja, alle- lu- ja.

IN FESTO PENTE-
COSTES.

XXV. *à 6.* *CANTVS.*









Secunda pars tacet.


Ava quod eſt ſordidum, riga quod eſt a- ridum, ſana quod eſt ſau-
cium, flecte quod eſt rigidum, fo- ve quod eſt fri- gidum, rege quod eſt
devium, ñ da tuis fide- libus, in te confi-
dentibus, in te con- fiden- tibus, ſacrum ſeptenarium,
da virtu- tis me- ritum, da ſalutis exitum, da ſalu-
tis ex- itum, da perenne gaudi- um, A- men, A- men.


Odie completi ſunt dies Pentecoſtes, Penteco- ſtes, dies
Penteco- ſtes, Allelu- ja, ñ alle- luja, hodie Spiritus ſanctus in ig-
ne diſcipulis apparuit, appa- ruit, & tribuit eis chariſmatum do- na, do-
na, miſit eos in univerſum mundum prædicare & teſtificari, qui cre-
diderit & baptizatus fuerit, fue- rit, ſalvus e- rit. Allelu-
ja, ñ allelu- ja, al- leluja. ñ

IN FESTO SANCTISSIMAE TRINITATIS.

XXVIII. à 6. CANTVS.








Secunda pars.



DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA.

XXX. à 5. CANTVS.






XXXI. à 5. CANTVS.



XXXII. à 5. CANTVS.




Os qui reliqui- ſtis omnia, vos qui re-
liquiſtis omnia, ñ & ſecuti eſtis me, ñ
& ſecuti eſtis me, centu- plum accipi-
e- tis, centu- plum accipi- e- tis, & vitam æternam poſſi-
de- bitis, ñ & vitam æter-
nam poſ- ſide- bitis.



Secunda pars.



TEMPORE ADVENTVS
DOMINI.

XXXV. à 6. CANTVS.



Rex gen- tium, & desideratus ea-

rum, o Rex gen- tium & desi- deratus ea-


rum, lapisq; angula- ris, qui facis utraq; u- num, sal-

va hominem, ñ quem de limo for- masti, ñ quem

de limo forma- sti, salva hominem, ñ quem de limo for- masti,

ñ quem de limo forma- sti.



Ocunda- re filia Sion, jocun-
da- re filia Si- on, & exul-
ta ſa- tis, & exul- ta ſa- tis, ñ
fili- a Ieruſalem, quia de medio gentium, quia de medi-
o gentium Salvator tuus ve- niet, Salvator tuus veniet,



ve- niet, ñ Salva- tor tuus
veni- et.

AD PLACITVM.


XXXVII. à 5. CANTVS.






IN Deo ſpera- vit cor meum, & adjutus ſum, ñ
ñ & refloruit caro mea, ñ &
ex voluntate mea confitebor il- li, confitebor illi. Al- leluja, ñ al-
leluja, ñ alleluja, ñ alle- lu- ja.


DOmine à lingua doloſa, ab ira & odio, & odi- o, & omni mala
voluntate, & o- mni mala volunta- te, libera me. ñ Lauda anima mea Do- mi-
num, laudabo Dominum in vita me- a, miſericordia e- jus, & veritas Domi-
ni manet in æternum. Cantate ñ & exultate, quia confunden- tur qui me perſequuntur.
Lauda anima mea Do- minum, laudabo Dominum in vita me- a, in vita mea.


Vbilate De- o ñ ñ omnis terra,
ſervite Domino in lætitia, ñ in- troite in conſpectu
eius, ñ in exultatione, ñ ſcitote
quoniam Dominus, ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, ñ Populus e- ius,
& oves paſcuæ e- ius, introite portas eius, in confeſsione. ñ ñ


Laudate nomen e- ius, ñ ñ
quoniam ſuavis eſt Dominus, in æternum, in æternũ ñ miſericordia e- ius,
& usque in generatione, & generationem ñ veritas e- ius.



FINIS.

123191
3

MADRIGALI:

NOVAMENTE COMPOSTI A CINQVE VOCI:

Per Orlando Laſſo:

Maſtro di Capella: del Sereniſſimo Duca di Bavera.

CANTVS.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO IMPERIALI.

NORIBERGAE;
In officina typographica Catharinæ Gerlachiæ.

M D XVC.

AL MOLTO ILL.re SIG.re IL S.or
CONTE MARIO BEVILACQVA
&c. MIO S.or OSSERVANDISSIMO.

IEROuomi da alcuni meſi in qua (Molto Illuſtre Signor mio) hauer Compoſto li preſenti Madrigali la maggior parte per non ſtar in otio quelle hore che dal ſeruigio del mio Sereniſſimo Principe & da piu graui ſtudi m'auanzauano, i quali douendo io per ſodiffare alle preghiere di molti amici permettere che ſi ſtampino, ho deliberato con queſta occne di farne preſente, & dedicargli à V. S. I. in teſtimonio della molta affettion mia verſo lei cauſata da ſuoi meriti, Et per non far torto alla opinione ch'io tengo molto tempo fâ, ciò è, che tutti gli profeſſori della Muſica che hoggi di viuono, ſiano obligati à Conſecrare à V. S. I. qualche lor fatica in ſegno di gratitudine, o per dir meglio di tributo, hauendoſegli lei per la maggior parte con la ſua liberalita fatti ſchiaui, oltre al hauer aperto in caſa ſua Coſi honorato ridotto, oue poſſono i virtuoſi a tutte l'hore Conuenire, & oue ſono corteſiſſima mente accolti, & accarezzati. Gradiſca V. S. I. dunque queſte mie fatiche quali elle ſono, & non le dia noia che ſi ſiano impreſſe in alemagna, rendendola io Certa, che il glorioſo nome di lei, ha ſpiegate l'ali Della ſua fama in guiſa, che non ſolamente in Italia, ma anco nelle Regioni ſtraniere ſara ſempre celebre, e chiaro, Con che bacio le mani Di V. S. I. Et le auguro da dio N. Signore, ogni bramata felicità. Da Monaco, il primo di maggio, Anno 1585.

D. V. S. Molto Illuſtre

Obligatiſſimo ſervitore

Orlando Laſſo.

TAVOLA DELLI MADRIGALI.

I. De l'eterne.
II. Per questo: 2ª parte.
III. Jo che l'età.
IIII. Ma conven: 2ª parte.
V. O tempo o ciel.
VI. E sarebbe hora: 2ª parte.
VII. Le voglie e l'opre mie.
VIII. Non fu colle: 2ª parte.
IX. Vn Dubbio verno
X. Hor vi riconfortate.
XI. V son gl' ingegni.
XII. Ahi che la forza: 2ª parte.
XIII. Jo non sapea.
XIIII. Quando io penso al fuggir.
XV. Vedi gli dico: 2ª parte.
XVI. Jo son si stanco.
XVII. Ma la sua voce: 2ª parte.

SESTINA.

XVIII. Quando il giorno.
XIX. Non hebbe huom: 2ª parte.
XX. Hor come i rai: 3ª parte.
XXI. Parmi che sempre: 4ª parte.
XXII. Il mondo muta: 5ª parte.
XXIII. Poggi valli: 6ª parte.
XXIIII. Come la cera al foco.




Er questo ij alti misteri, occul- ti sensi, vorrei scoprir de le sacrate
carte, con affetto e constil purgat' e mon- do, Tu che le gra-
tie almo signor, dispensi, giungi a si bel desio, ij l'ingegno e l'arte per ch'arda
meco ij per ch'arda meco, ij Del tuo amor'il mondo, per ch'arda meco,
ij per ch'arda meco ij del tuo amor' il mondo.


O che l'età piu verd'e piu fiorita, vissi lontan d'ogni pen-
sier mole- sto, ne fisai gli occhi, al fuggir lieve e presto ij di quest' om-
bra di ben, ch'a nome vita, ch'a nome vita, hor che la stagion dolce ho gia fornita,
e de l'etate il verno horrido, horrido e mesto, vicin mi veggio, tutto afflitto resto, e
chieggio al tempo, Contra il tempo, contra il tempo ai- ta.


A con-ven che di ſpeme io mi diſar- mi, che per la torta via ch'er-
rando preſi ij Io ſento a forza, dal mal uſo ij trar- mi, ben ho
da pianger gli anni, poi che poteva, Ahi laſſo eterno, Ahi laſſo eterno far- mi, eterno
far mi, E ſol a vaneggiar, e ſol a vaneggiar mai ſempre inte- ſi, ij
inte- ſi.


Tempo o ciel volubil che fuggendo, inganni i ciechi e mi- ſe-
ri mortali, O di veloci piu che vento e ſtra- li, hor ab eſ- perto voſtre frodi inten-
do, maſcuso voi, e me ſteſſo ripren- do che natura a volar, v'aperſe l'a-
li, a me died' oc- chi died' occhi, et io pur ne miei mali litenni,
onde vergogna e dolor prendo. ij


Sarebbe hora et é paſſata ho- mai, da rivoltarli in piu
ſecu- ra parte, e poner fine, a gl'infiniti guai, ij ne dal tuo giogo a-
mor, l'alma ſi parte, ma dal ſuo mal, con che ſtudio tu'l ſai, tu'l ſa- i, non a caſo e
virtu- te, anzi e bell'ar- te, ij anzi e bell'arte, ij
anzi e bell'ar- te, ij anzi e bell'ar- te.


E voglie e l'opre mie, ij le voglie e l'opre mie gelate e ſpente,
pregio non hebber d'immortale hono- re, che priva l'alma in ſe del tuo favo- re, del tuo
favore, d'acquiſtar ij tanto ben non e poſſen- te, non e poſſente, Alſi, ſudai,
temei lie' e dolente cercai, fuggendo in vn ij l'odio e l'amo- re,
volli e pregiai, e contrario a me ſteſſo fui ij ſouuen te.


On fu colle o compagna o rivo o fiu- me, fiu- me, che
non cercasser le mie voglie ij ac corte, E fatto piu nel mal ar-
dito e forte, ij qual chi nulla temendo assai, assai presume, sprezzai quanto di
ben, sprezzai, m'e da- to in sor- te, quanto di ben, sprezzai quan-
to di ben, ij m'e dato in sorte. ij



N dubbio ver- no ij vn' instabil sereno, E vostra
fama, ij e poca nebbia il rompe, ij E'l gran tempo a
gran nomi e gran vene- no, passan vostri ij trionfi, ij ij e vostre põpe, passan le
signorie, passan, passan le signorie, passano, passano i re-gni, ij ogni cosa mor-
tal, ij tempo interrõpe, ogni cosa mortal tẽpo in-terrõpe, tempo interrompe.


Or vi riconfortate, ij riconfortate, in voſtre
fole ij gioveni ij e miſura- te il tempo largo, che pia-
ga ante veduta, Aſſai, aſſai men dole ij forſe ch'in darno
mie parole ſpargo, ma io v'annũtio che voi ſe- te offe- ſi, di vn grave e mor-
tifero letargo, che volan l'hore i giorni e gli anni e i me- ſi. E'inſieme


col breviſsimo intervallo, tutti havemo a cercar ij altri paeſi, ij
altri paeſi, ij altri pae- ſi.


Son gl'ingegni, ij pelegrini, pelegrini e rari, che dieron vi- ta, che dieron vi- ta a la ſcienza, a la ſcienza e a l'arte, ij
onde viuranno in piu di mille car- te, Al diſpetto de glianni Illuſtre e chiari, Ove ſono i coſtumi orna- ti e ca- ri, che ſi ſcorgean, in
queſta e'n quella parte, in queſta e'n quella parte, quando ancor nõ hauean, Saturno e marte,


ſaturno e mar- te, ij ſparſi nel mondo i lor veleni amari. ij


Hi che lá forza ij de l'ingegno e'l lume, de la gola e del ven-
tre infame cura, infame cu- ra, ha ſpento e morto, ogni gentil ij
Coſtume, Ahi che le giande e la freſca acqua pura ſdegna, e'l piacer e'l vin ſegue e le
piume, l'egra e vil gente che virtu non cura non cura.


O nõ ſapea di tal viſta leuarme, leuarme, Io nõ ſapea ij di
tal viſta leuarme leuarme, quãd' io udi, pon mente a l'al- tro lato, che s'acquiſta ben
pregio, ij altro che d'ar- me, volſimi da man mãca e vidi plato, ch'in quella
ſchiera ando, piu preſſo al ſegno, piu preſſo al ſegno, ij al ſegno, al qual aggiũge, al
qual aggiunge a chi dal ciel ij a chi dal ciel' e da- to, e dato, al qual ag-
giunge, al qual aggiunge a chi dal ciel ij a chi dal ciel' e da- to.


Vand'io, penso al fuggir ij ratto de l'hore, E veggio mentre
parlo il volto e'l pelo, sparso di morte l'un l'altro di ge- lo, Cangiar l'usato suo vago colo-
re, vago colo- re mi fermo, e pien d'horror prego il mio co- re, che di se stesso habbia pie-
tat' e zelo, e non voglia smarrir, la via del cie- lo, fra le vane speranze
ij e'l van timore.


Vedi, gli dico, ij ch'a tuoi danni aspira, la mor- te che s'en viene
a gran giornate, e che fugge il piacer qual nebbia al vento, qual nebbia al vento drizza a quel
segno di pensier la mira, o- ue mal grado, de l'ingorda etate potrai sempre con dio
ij viuer viuer contento, contento, potrai sem-
pre con dio ij sempre con dio viuer viuer con- tento.


O son si stanco ij sotto'l fascio antico, ij de
le mie col- pe, e de l'usanza ri- a ch'io temo for- te di mancar tra vi- a e
di cader in man del mio nemi- co, ben venne a del jurarmi vn grãde ami- co, per
somma et ineffabil cortesia, poi volò fuor de la veduta mia, si ch'a mirarlo indarno m'af-
fati- co.


A la sua vo- ce ancor qua giu, qua giu rim bomba, O voi che trauagliate,
che trauagliate ecco'l cami- no, venite a me ij s'el passo altri non ser- ra, qual gra-
tia qual amore o qual destino, mi dara penne in guisa di colomba, ch'i mi riposi e levimi
ij da ter- ra, e levimi ij e levimi da terra, e levimi da terra.
ij


Quando il giorno da l'onde apporta il sole, e quando accende i suoi lumi
la notte, quando l'herba il terren, copre o la neue, O sia tranquillo, o sia turbato il tempo,
s'io viuo fra le gen- ti, o sol o sol ne boschi, sempre verso ij ij
da gliocchi vn mar di pianto, vn mar di pianto.


Non hebbe huō forse mai cagion di pianto, piu giusta ne gli habitati
lochi ij ouer n'e boschi, perche sepolto in tenebrosa notte, neghitoso e rubel-
lo a dio gran tempo, giacqui senza il suo ardor freddo, giacqui senza il suo ardor, ij
freddo qual neue, giacqui senza il suo ardor freddo qual neue.

XX. Terza parte.



ij

XXI. Quarta parte.



XXII. Quinta parte.



XXIII. Sexta & ultima parte.





Come la cera al foco, ij ch'accenda esca terre-
na, si va strug- gendo, e manca a poco a poco, Co si gli affanni onde la
vita e piena, e le gioie e i diletti vani e terrestri affetti, si van struggendo a queste,
fiamme ch'accende ij esca d'amor celeste, ij esca d'a-
mor, esca d'amor cele- ste.

FINE.



123296



ORLANDI LASSI MVSICI
præstantißimi

FASCICVLI ALIQVOT
SACRARVM CANTIONV
quatuor, quinque, sex & octo vocibus, antea qu
paratim excusi, nunc vero auctoris cons
in unum corpus redacti.

CANTVS.

Privilegio sacræ Cæs. Maiestatis peculia

NORIBERGAE,
IN OFFICINA GERLACHI

ANNO M D LXXXII.

ALTVS

Ge 2160. 8°
Kom. práv.
PL

123286

ORLANDI LASSI MVSICI
præstantissimi

FASCICVLI ALIQVOT SACRARVM CANTIONVM CVM

quatuor, quinque, sex & octo vocibus, antea quidem separatim excusi, nunc vero auctoris consensu in unum corpus redacti.

ALTVS.

Privilegio sacræ Cæs. Maiestatis peculiari.

NORIBERGAE,
IN OFFICINA GERLACHIANA.
ANNO M D LXXXII.

EXTRACTVS PRIVILEGII
CÆS: MAIEST:

CAutum est Privilegio Cæsareæ Maiestatis peculiari, Pragæ 15. Junii Anno 1581. scripto, ne in posterum ulla ORLANDI LASSI Opera, sive jam dudum composita, sive posthac componenda, à quoquam, sine Authoris consensu, typis extudi, excusáve post illud tempus distrahi, aut venundari per Sacrum Imperium, aut Cæsareæ Maiestatis hæreditarias, vel illi quovis modo subjectas ditiones possint, sub pœna Marcarum auri decem, & amissione Exemplarium omnium. Quod eos, quorum interesse potest, hisce admonere opportunum visum est.

Signatum.

Rhudolphus.

V. S. Vieheuser. D.

ad mandatum, &c.

Ærstenberger.

DANZIGER STADT-BIBLIOTHEK

INDEX CANTIONVM
ORLANDI LASSI.

Quatuor vocum.

1 Quare tristis es.
2 Eripe me de inimicis.
3 Domine secundum actum meũ.
4 Fallax gratia, & vana.
5 Honorabile est inter omnes.
6 Quid estis pusillanimes.
7 Parce mihi Domine.
Peccaui, quid faciam tibi.
8 Tædet animam meam.
Indica mihi cur me ita.
Nunquid sicut dies hominis.
9 Manus tuæ Domine.
Nonne sicut lac.
10 Responde mihi.
Scribis enim contra me.
11 Homo natus de muliere.
Et dignum ducis.
Constituisti terminos eius.
12 Quis mihi hoc tribuat.
Vocabis me.
13 Spiritus meus attenuabitur.
Libera me Domine.
Si sustinuero.
14 Pelli meæ consumtis carnibus.
Quare persequimini.
Scio enim quod redemtor.
15 Quare de vulua eduxisti me.
Dimitte me ergo.

Quinque vocum.

16 Confitemini Domino.
Narrate omnia.
17 Omnia quæ fecisti.
18 Hierusalem, plantabis vineam.
Gaude & lætare Sion.
19 Videntes stellam Magi.
Et apertis thesauris suis.
20 Qui nouus athereo.
21 Da pater antiquæ.
22 Multarum hic resonat.
23 Emendemus in melius.
24 Verba mea auribus percipe.
Quoniam ad te.
25 Pater Abraham.
Fili recordare.
26 Deus qui sedes.
27 Heu quantus dolor.
28 Veni in hortum meum.
29 Angelus ad pastores ait.
30 Exaudi Domine vocem meam.
Ne auertas faciem tuam.
31 Tædet animam meam.
32 Beatus ille, qui procul negocijs.
Ergo aut adulta.
Libet jacere modò.
33 Angelus Domini.
34 Venite ad me omnes.
35 Noli regibus ô Lamuel.
Date siceram mœrentibus.
36 Si bona suscepimus.
37 O Domine saluum me fac.
Non moriar, sed viuam.
38 Aduersum me loquebantur.
39 Quàm benignus es o Domine.
O beatum hominem.
40 In me transierunt.
41 Res neque ab infernis.
42 Rumpitur inuidia.
43 Credidi propter quod.
Vota mea Domino reddam.
44 Rebus in aduersis.
45 Stabunt justi in magna.
Hi sunt quos habuimus.
46 Quid tamen o quid agis.
Non me lasciua.

INDEX.

47 Veni dilecte mi.
Videamus si floruit.
48 Nisi Dominus ædificauerit.
Cum dederit dilectis.
49 Non vos me elegistis.
50 Legem pone mihi Domine.
Da mihi intellectum.
51 Illustra faciem tuam.
Quam magna multitudo.
52 Deus judex justus.
Et in eo parauit.
53 Exultet cœlum.
54 Surrexit pastor bonus.
55 Surgens Iesus.
56 Quem vidistis pastores.
57 Vidi impium superexaltatum.
58 Sidus ex claro veniens olympo.
Qui maris, terræ.
59 Resonet in laudibus.
Hodie apparuit. Trium.
Magnum nomen Domini.
60 Gratia sola Dei.
Legitimo ergo. Quatuor.
Res mira ignoti. Sex.
61 Si quid vota valent.
62 Quid prodest homini.
Futurum est enim.
63 Confundantur superbi.
Fiat cor meum.
64 Clare sanctorum.
Thoma, Bartholomæe.
65 Sicut mater consolatur.
66 Hispanum ad cœnam.
Mox importuno.
67 Descendit sicut pluuia.
Coram illo precident.
68 Dominator Domine.
69 Benedicam Domino.
In Domino laudabitur.
70 Caligauerunt oculi mei.
71 Inter natos mulierum.
72 Nuncium vobis fero.
Thus Deo, myrrham.

Sex vocum.

73 Benedic anima mea Domino.
Qui replet in bonis.
Non secundum. Trium.
Recordatus est. Quatuor.
Benedicite Domino.
74 Quid trepidas? quid Musa.
Gaudeat exultetque.
75 Ego sum qui sum.
Ego dormiui.
76 Iubilemus singuli.
Inter animalia.
77 Clamauerunt ad Dominum.
78 Cum inuocarem.
Sacrificate. Trium.
Signatum est.
79 Veni Domine, & noli tardare.
80 Ad te leuaui oculos meos.
Miserere nostri Domine.
81 Quemadmodum desiderat.

Octo vocum.

82 Osculetur me.
83 Vnde reuertimini.
84 Dixit Dominus.
85 Vinum bonum & suaue.

Q Vare tristis es, quare, quare tristis es a- nima me a, & qua-

re conturbas me, con- turbas me? spera in Deo, ñ quoniam adhuc ñ

confite- bor illi, quoniam adhuc ñ confitebor illi salu-

tare vul- tus mei, salu- tare vultus me i, salutare vul- tus me- i,

& Deus meus, ñ & De- us meus, ñ & Deus meus.


A. 4. II. ALTVS.




A. 4. III. ALTVS.




Allax gra- tia, fallax, fallax gra-
tia, ñ fallax gratia, gra- tia, gratia,
& va- na
pulchritu- do, pul- chritudo, ñ
mulier, mulier timens De- um i- pſa, i-


pſa laudabitur, ipſa laudabitur, i- pſa
laudabitur, i- pſa laudabitur, ñ ipſa
lauda bitur, ipſa lau dabi tur.


A. 4. V. ALTVS.




A. 4. VI. ALTVS.




Arce mihi Do mine, nihil enim ſunt dies mei, quid eſt homo, ñ
quia magnificas e- um, quia magnificas e- um, ñ
quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum, viſitas e-
um dilu- culo, & ſubito probas illum? ñ vſque-
quo non par- cis mihi, ñ nec dimittis


me, ñ nec dimittis me, ñ nec dimittis me, vt gluti-
am ſaliuam me- am, ſaliuam meam, ñ ſaliuam meam, ſaliuam
me- am?


Eccaui,pecca- ui,quid faciam tibi ô cuſtos ho- minum? quare me
poſui- ſti, quare me poſui- ſti contrarium ti- bi? ñ
contrarium tibi? contrarium tibi? ñ & factus ſum mihimet ipſi
grauis? cur non tollis ñ peccatum meum,& quare non aufers iniquitatem meam,
iniquitatem me- am? ñ iniqui tatem me- am? Ecce nunc in
puluere dormiam, & ſi mane me quæſieris, ñ non ſubſi- ſtam.


Prima pars. A. 4. VIII. ALTVS.
Ædet a- nimam me- am, tædet a- ni-
mam meam vi tæ me- æ, ñ dimittam ad-
uerſum me eloquium me- um, loquar in amaritudine, in amari-
tudine animæ me- æ, dicam Deo, dicam Deo: noli me condemnare, noli me condemna-
re, ñ noli me condemnare. ñ



Ndica mi- hi, cur me ita iudices: nunquid bo- num tibi vide tur,
si calumnieris me,& opprimas me, opus manuum tuarum, ñ
& consilium impi orum adiuues: nunquid oculi carnei tibi sunt,aut
sicut videt homo,aut sicut videt homo,& tu vide bis: & tu vide- bis: ñ
& tu vide- bis: & tu videbis: ñ


Vnquid sicut di- es hominis dies tui, & anni tui si-
cut huma na sunt tempora, vt quæras, vt quæras, vt quæ- ras iniquitatem me-
am,& peccatum meum scruteris, & scias, quia nihil impium fecerim, quum sit nemo,qui
de manu tua pos sit eruere, posit eru- ere, qui de manu tua posit e-
ruere, qui de manu tua posit eruere, posit eruere:

Prima pars. A. 4. IX. ALTVS.



Secunda pars. A. 4. ALTVS.




Esponde mi- hi, quantas habeo iniquitates, iniquitates & pec-
cata, scelera mea, scelera me- a, & delicta ostende mihi, ostende mihi,cur faci-
em tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tu- um, inimicum tu- um?con-
tra folium,quod vento rapitur, ostendis potentiam tu am,& stipulam siccam persequeris,
& stipulam siccam per- sequeris. ñ


Cribis enim con- tra me amaritudi nes, & consume-
re me vis,& consumere me vis peccatis adolescentiæ me- æ, posuisti in neruo pe-
dem me- um,& obser uasti omnes semitas meas, & obseruasti omnes semitas meas,
omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considera- sti,qui qua-
si putredo consumendus sum, & quasi vestimen tum,quod comeditur à tinea.


Omo natus de muliere, homo natus de muliere,
breui viuens tempore, ñ repletur multis miserñs, ñ
ñ qui quasi flos egreditur, ñ
& con teritur, & fugit velut vmbra, & fugit velut vmbra, ñ & nunquam in eo-
dem statu permanet, ñ & nunquam in eodem statu permanet.


T dignum ducis super huiuscemodi aperi- re, aperire oculos tu-
os, & addu- cere e- um tecum in iudicium, tecum in iudi cium: quis potest face-
re mun- dum de immundo conceptum semine: nonne tu qui so- lus es: breues
dies hominis sunt, numerus mensium e- ius apud te est.


Onſtituiſti terminos eius, conſtitui- ſti terminos e-
ius, ñ terminos eius, ñ ñ qui præteriri ñ non
poterunt, recede er- go paululum ab eo, vt quieſcat, donec op-
tata veniat, & ſicut mercenarñ, & ſicut mercenarñ di- es eius,
di- es eius, ñ dies e- ius. ñ


Vis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, vt in inferno pro-
tegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat fu- ror tu us, & conſtituas mi-
hi, & conſtituas mihi tempus, mihi tempus, in quo recorderis mei? ñ putas
ne mortuus ho mo rur ſum viuat? homo rurſum viuat? Cunctis diebus, cunctis diebus, quibus
nunc milito, expecto donec veniat, expecto, donec veniat immutatio mea, immutatio me a.

Secunda pars. A. 4. ALTVS.





Prima pars. A. 4. XIII. ALTVS.




Libera me Do- mine, libera me Domine, ñ
& pone me iuxta te, ñ & pone me iux- ta te.
iux- ta te, & cuius vis ma- nus pugnet contra me, pugnet contra me. Dies mei transi-
erunt, cogitationes me- æ diſsipatæ ſunt, torquen tes
cor meum, torquen- tes cor meum, noctem, noctem verterunt in di- em, & rurſum poſt te-
nebras ſpero lucem, ſpero lucem, ñ ñ ſpero lu cem. ñ


I ſu ſtinu- ero, infernus domus mea eſt, & in tenebris
ſtraui lectulum meum, pu tredini di- xi, pater me- us es, mater mea, & ſoror mea,
vermibus, vbi eſt ergo nunc præſtolatio me- a, & patientia mea, & patienti-
a mea? ñ tu es Do- mine, tu es Domine De- us me-
us, tu es Do- mine, tu es Domine De- us me us, De us me us.


Elli meæ consumtis carnibus, consumtis carnibus, consumtis carnibus,
adhæsit os meum, ñ
& derelicta sunt tantummodò labi-
a mea circa dentes meos, circa dentes me-
os, ñ
miseremini mei,
ñ
miseremini mei, ñ
miseremini me-
i
saltem vos amici me-
i, amici me-
i,
saltem vos amici mei,


ñ
quia manus Domini tetigit me, ñ
quia manus Domini tetigit me, tetigit me, ñ
teti-
git
me, tetigit me.


Vare perſequimini ſicut De- us, & carnibus meis ſa- turami-
ni: quis mi- hi tribuat, quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei, ſermones mei, ñ
ſermones me i: quis mihi det, vt exarentur in libro ſtilo ferre-
o, & plumbi lami na, & plumbi lamina, vel celte ſculpan- tur in ſilice:


Cio enim &c. Quòd redemtor meus vi- uit, & in nouiſsimo die de ter-
ra ſurrectu- rus ſum, ſurrecturus ſum, rurſum circunda- bor pel- le mea, & in carne
mea, & in carne me- a videbo Deum ſaluatorem me- um, quem viſurus ſum
ego i- pſe, & oculi me- i conſpecturi ſunt, & non alius, repoſi-
ta eſt hæc ſpes mea in ſinu me- o, in ſinu meo.


Vare de vulua eduxisti me, edu- xisti
me? qui vtinam consumtus es- sem, ñ ñ
consumtus essem, ne oculus me vide- ret, ñ fuissem quasi non es-
sem, ñ de vtero translatus ad tumulum, translatus ad tumulum, ñ
nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?


Imitte me ergo, ñ vt plangam paululum dolorem meum, ñ
antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam,
& opertam mortis ca- ligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, &
nul- lus or do, sed sempiternus hor- ror, sed sempiternus horror inhabitat, sed
sempiternus horror in habitat.

SEQVVNTVR CANTIONES QVINQVE VOCVM.

Prima pars. A. 5. XVI. ALTVS.




Secunda pars. A. 5. ALTVS.




Mnia quæ feciſti no- bis Do- mi-
ne, omnia quæ feci ſti no- bis Domine, ñ
in ve- ro iudicio feciſti, ñ in ve-
ro iudicio ñ feciſti, quia peccauimus tibi, ñ
& mandatis tuis, ñ & mandatis tuis ñ non


obediuimus, non obedi- uimus, ſed da gloriam nomini tu- o, & fac nobiſcum, ñ
& fac nobiſ- cum, ſecundum miſericordiam tu-
am, ñ ſecundum miſericordiam tu am, miſeri-
cordiam tu am.



Ierusalem, ñ Hieru- salem, ñ plantabis vineam,
plantabis vineam, ñ in montibus tuis, ñ in montibus tuis,
& exulta bis, ñ & exultabis, quia di es Domini veniet. Sur-
ge Syon, ñ sur- ge, surge Syon, con-
uer- tere, conuertere ad Do- minum Deum tu um.


Aude & læta- re Iacob, ñ
gaude & læta- re Ia- cob, ñ
quia de medio ñ gen- tium,
quia de medio gentium Saluator tu- us, Salua tor tuus veniet, ñ
Sal uator tu- us veniet.


Identes ſtellam Magi ga- ui- ſi ſunt, gauiſi
ſunt ñ gaudio magno, & intrantes domum inuene- runt
pu- erum, inuenerunt pu- erum, cum
Maria, cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt, adora uerunt eum, adora-
uerunt eum.


T apertis theſauris ſu- is, & apertis theſauris ſu-
